

Appendix. — Europa Nro. 38.

## Regnum Mortuorum.

Sermo politicus de Saeculi eventibus,

*In Elysio 26. Aprilis 1808.*

*Textus.*

Vivimus tempora magnorum eventuum.

*Annal. Europ.*

Annales Europei sunt ingenua Protecolla Historiae, et unicum fere perfectum Repertorium memorabiliorum politicorum eventuum aetatis nostrae, forte etiam, sub diversis respectibus, Poesis politicae relate ad descriptionem historiae hujus aetatis. Parte 4. hujus operis reperitur scriptum. Auctori ejusdem missum, cujus summarium est:

Dum Napoleon in cursu victoriarum suarum in Austriam, et Moraviam rediit, dicebat: Adhuc 5. Annis sibi opus esse, dum nova Europae organisatio solidam accipiat consistentiam. — Et cuidam observanti: Nunc uno Anno plura evenire, quam secus per Decennium, aut per saeculum fieri solet, reposuit: Vivimus tempora magnorum eventuum. Ex his 5. Annis jam devoluti sunt duo, et quanta evenerunt? Veteres Dynastiae conciderunt, et novae successerunt. Regna, quae de primatu certabant, corruerunt, et ad classem secundam reciderunt. Napoleon dividit regna exemplo Romanorum Belliducum inter suos fratres, et Principatus inter suos Duces. — Quod ante annos somnia febricitantis capitis erant, evenit aetate nostra. Borussia, quam velut immotum saxum virtus quorundam Regentum fundaverat, et Genius unius immortalis Principis ad summitatem deduxerat, spatio unius hebdomadae corruit, stupentique orbi exhibuit spectaculum, quod hactenus historiae gentium ignotum erat. — Princeps, potentia et viribus in serie Regnantum tertius in Germania disparere cathalogo Principum, et cum thesauris suis refugit in Angliam. — Antiqua immortalis Domus Brunsvicensis desiit, et novum regnum e rudibus ejus exurgit. — Formatur sensim in Germania Massa foederatarum Galliae civitatum, quae jam 11 milliones habitatorum numerat, quae in dies novis crescit accessionibus, et quam genius Protectoris, qui omnia

praeclusa sit. — Hae sunt, charè Villiam Seevard! observationes, quas tibi in regnum Mortuorum miſſo.

*Biographia.*

*Seevard Villiam* natus Londini in Januario 1747. Pater ejus erat bonus Agricola, et bene habens, qui ad educationem filii, et peregrinationes multa impendit, eidemque notabilem substantiam reliquit, ex qua commode vivere, et unice pro beneplacito, et solatio suo studere possit, ideo ex onno factus est Author. Incepit Anno 1789, ubi collectionem diversarum Biographicarum Anecdotarum sub titulo *Drossiana Ephemeridibus European Magazine* inseri jussit, quod opus usque finem vitae continuavit. Anno 1734 edidit Delectum earundem sub titulo: *Anecdotes of some distinguished Persons chiefly of the praesent and two praeceding Centuries*; cui successit Anno 1797 supplementum. Paulo ante mortem edidit: *Biographiana by the combilev of distinguished Persons*, 2. Vol. 1799. Etiam vulgavit in *Evening Post* Articulum Reminiscentia. Lectura amplior, quae ex scriptis ejus cognosci potuit, fecit eum ubique gratum, et etiam in sensu stricto qua homo multas egregias prodidit qualitates. Cassa ejus patebat cuique, ac cum primis erat liberalis erga Artistas. Erat is Commembrum Regiae societatis scientiarum, et societatis scrutatorum antiquitatum Londini. Obiit 24. Aprilis 1799.

*Diarium Politicum.*

In Septemtrione omnia sunt in antiquo pede, ergo nihil novi. In fretis Balticis excubant modo anglicae, modo svecicae naves, quae communicationem inter Holsatiam, Haffniam, Jutiam, et Fioniam admodum ambiguum reddunt. Exercitus Svecicus adglomeratur ad fines Norvegiae; ergo ibi erit forte Actus primus; et Rex Sveciae videtur in Norvegia sumere velle vindictam pro Finnia, per Russos occupata.

Monitor Parisiensis de 18. Aprilis continet litteras Senatoris *Neufchateau* a D. Parmentier, ex quibus apparet: *Theam*, *Sennam*, et *Aloe* in meridionali Gallia optimo cum successu procreari; prout etiam *solanum esculentum* (quod a solanis tuberosis diversum esse vult) ideo ejus culturam commendat, vultque, ut productum hoc dehinc *Parmentaria* nominetur.

*Burdegalae* Visitavit Napoleon 12. Aprilis cum Imperatrice omnia notabilia publica Instituta, haec inter Balnea, Magazina, et Börse, et ubique eum universalis exultantis populi exceptit acclamatio. In Urbe Brivatensi reperta est mortua faemina, ex tribus cultro eidem illatis vulueribus. Suspicio cadebat in Amatorem ejus, qui miles est, qui ad cadaver adductus, hoc se excusavit: *Se non recordari, quod eam occidisset.*

*Appendix. — Europa Nro. 38.*

## Regnum Mortuorum.

Sermo politicus de Saeculi eventibus.

*In Elysio 26. Aprilis 1808.*

*Textus.*

Vivimus tempora magnorum eventuum.

*Annal. Europ.*

Annales Europei sunt ingenua Protecolla Historiae, et unicum fere perfectum Repertorium memorabiliorum politicorum eventuum aetatis nostrae, forte etiam, sub diversis respectibus, Poesis politicae relate ad descriptionem historiae hujus aetatis. Parte 4. hujus operis reperitur scriptum. Auctori ejusdem missum, cujus summarium est:

Dum Napoleon in cursu victoriarum suarum in Austriam, et Moraviam rediit, dicebat: Adhuc 5. Annis sibi opus esse, dum nova Europae organisatio solidam accipiat consistentiam. — Et cuidam observanti: Nunc uno Anno plura evenire, quam secus per Decennium, aut per saeculum fieri solet, reposuit: Vivimus tempora magnorum eventuum. Ex his 5. Annis jam devoluti sunt duo, et quanta evenerunt? Veteres Dinastiae conciderunt, et novae successerunt. Regna, quae de primatu certabant, corruerunt, et ad classem secundam reciderunt. Napoleon dividit regna exemplo Romanorum Belliducum inter suos fratres, et Principatus inter suos Duces. — Quod ante annos somnia febricitantis capitis erant, evenit aetate nostra. Borussia, quam velut immotum saxum virtus quorundam Regentum fundaverat, et Genius unius immortalis Principis ad summitatem deduxerat, spatio unius hebdomadae corrui, stupentique orbi exhibuit spectaculum, quod hactenus historiae gentium ignotum erat. — Princeps, potentia et viribus in serie Regnantum tertius in Germania disparet e cathalogo Principum, et cum thesauris suis refugit in Angliam. — Antiqua immortalis Domus Brunsvicensis desuit, et novum regnum e rudibus ejus exurgit. — Formatur sensim in Germania Massa foederatarum Galliae civitatum, quae jam 11 milliones habitatorum numerat, quae in dies novis crescit accessionibus, et quam genius Protectoris, qui omnia

ad scopum ligare, et dirigere novit, in dies formidabiliorem reddit. — Quod hactenus in statu solitario et inconnexo infirmum fuit, hoc in manibus potentis motoris consequitur virtutem, pondusque conterens.

Exemplo veterum Romanorum, qui seriem foederatarum Civitatum circum se formabant, quae pacis tempore antemurale, tempore belli instrumenta victoriarum erant; Galliarum quoque Imperator potiores Europae civitates velut foederatas circum se jam conjunxit. Portugallia, Hispania, Hollandia, Foedus Rhenanum, Helvetia, Italia, Neapolis, Dania pendent immediate ab jussis ejus; Austria vero et Russia saltem mediate; ut non amplius de eo agatur, ut Dictator Europae fiat; est jam a pace Chronopolitana. Pace hac, qua duae potentissimae Continentis Civitates sibi manus dabant, et Septemtrio Europae cum Occidente ad eundem scopum semet conjunxerat, imperavit Napoleon cum illa nota characteristica, qua cursum suum ingressus est, et stupente orbe jam 12 Annis non mutatus, continuat. Etiam si actus prius, qui Russiae interitum minabatur (6. Decemb.) Etiam si alter alte praeparatus (7. Februarii) ad Eylaviam non ex voto cessit, et mundus stупebat, dum Triumphatorem, quem hactenus adhuc semper progredientem spectabat, nunc etiam post favorabiles actus in munitas suas positiones ad Vistulam recedentem vidit, probarunt tamen Conflictus ad *Guttstadium*, et *Heilsbergam*, prout et pugna ad *Fridlandiam*, hoc fuisse duntaxat quietem Leonis. Napoleon nihil minus unquam voluit, quam in Russiae interiora penetrare, ut jam mense Decembri semet ad *Defensivam* determinaverit, quae et hosti respectum imperabat, et ad omnem eventum calculata erat.

Per unicam expeditionem 10 dierum — a 5 usque 15. Junii — terminavit bellum in limitibus Russiae, quod spectata resistentia, omnium praecedentium maxime arduum erat; Accepit hosti ultra 100 tormenta; delevit, aut armis exiit 60,000 armatorum; ademittit omnia magasinia, occupat *Regiomontum*, quod cum occupato mox *Dantisco* exercituum ejus omnibus providit; accipit in portu civitatis 100 Navigia cum rebus bellicis, et 160,000 scloporum ab Anglis. Promovet massam exercitus 100,000 ab Vistula ad Nemenum citius, quam homo singularis itinerando eo pertingit, et terminat uno ictu luctam, quae bellum septemtrionale radicibus evulsit.

Quid ergo ferent reliqui adhuc 3 anni memorabilis hujus *Quinatis*? Quomodo terminabitur lucta Gigantis Continentalis cum colosso maris? An exemplo intercaecino Romanae, et Carthaginis? — An Continens novam Carthaginera ad pacem coget, quae consistentiam habebit? Aut sublimis

Britt  
et in  
dum  
nuit  
ocul

mult  
dam  
suae  
rae  
fulm  
susp  
mori  
tam  
sagi  
nem

scop  
Balt  
land  
His  
mer  
sic b  
pon  
in M  
illic  
ad c  
liae  
loru  
pra  
ven  
atic  
Apu

pro  
niac  
ubi  
nov  
tori  
mu  
git  
scop  
Stat  
est  
om  
sent  
lita  
intr

Brittannia instar Saxi in mari hos omnes fluctus franget, et inter furentes tempestates immota persistet, quemadmodum Gallia per 14 annos omnes coalitiones intacta sustinuit? Quaestiones has adhuc densa tegit caligo, per quam oculi mortalium penetrare non possunt.

*Pittii* morientis ultima verba: *Ah misera Patria!* multum ponderant, et magnum habent sensum, si expendamus, esse verba magui viri, qui statum politicum Patriae suae ad prima usque elementa novit. Vidit is periculum charae Patriae, quod cor politici Herois penetravit, qui tanta fulmina ad alios necandos praeparavit, et misit ad astra haec suspiria pro salute Angliae. — Etiam in multis verbis immortalis *Foxii*, imo in sermone Regis postremo, in quo tamen periculum studiose occultatur, observare licet, praesagire Brittos luctam, omnibus prioribus acriorem, luctam nempe nationalem, in qua de *esse*, vel *non esse* agitur.

Modernus rerum status politicus, qui ad magnum hunc scopum ducit, est: Classes anglicae adgregantur ad regiones Balticas, quarum scopus est, communicationem cum Seelandia abrumpere, ne milites ex Fionia transire possint. His Dani unice pyratas opponere possunt, qui hostem, commerciumque ejus infestent. Russi Finnam occuparunt, et sic bellum ex hac parte terminatum; Russi enim in Lapponiam vix bellum derivabunt. — Etiam bellum maritimum in Mediterraneo fit activum; fama fertur, classem anglicam illic numero augeri navium, quae ex Atlantico venientes, ad occidentem, superato freto Herculeo, tendunt, et Siciliae, ac Melitae auxilio accurrere videntur, ut planum Gallorum contra Siciliam praeveriant. Praetor *Collingwood* praestitit huic classi, quae jam, relicta Melita, ad Siciliam venit, a qua separatae quaedam naves ingressum maris Adriatici observant, quod etiam Litterae Anconitanae; et ex Apulia confirmant.

Dum haec ad Septemtrionem, et Meridiem fiunt, adpropingvat potens horum omnium Moderator finibus Hispaniae, qui 15. April hora 10. vespertina Bajonnam pervenit, ubi jam prius Infans Hispaniae *Don Carlos* advenit. Etiam novus Hispaniae Rex cum Aulæ Primoribus pergit Imperatori obviam. Dum haec Gubernium Gallicum in theatro mundi agit, et habenas Europae potenti manu regit, spargit domi semina boni, quae post annos fructus ferent. Hoc scopo detulit provinciam celebri statistico *Moubert*, ut Statisticam Galliae ex limpidis fontibus elaboraret. Erectum est hoc sine officium speciale, ad quod omnes Praefecti, Geometrae, et alii Regni Officiales ut Relationes suas praesentent, inviantur, in quibus describere debent omnia, a qualitate terrae usque dialectum, et mores populi, quod opus intra trientium complebitur. Populatio Galliae est 36 1/2 Mil-

lionum, et Parisiis sunt 580,000, et quidem 188,000 viri. 226,000 Mulieres. 149,000 Infantes. 17000 Extranei. Una pars hujus Officii statistici habet collectionem omnium Datorum circa lingvam, et mappam, secundum limites, lingvam, et locales dialectos divisam, quarum circa 300 numerantur. Ex quavis dialecto instituitur versio in similitudine filii prodigi, et proba poesis popularis; ubi etiam est exemplar novae poesis graecae coloniae, quae adhuc in Corsica exissit, et Saeculo 11. propter invasionem Normannorum eorsum profugit. Alia sectio colligit delineationes domorum, Vesium, Instrumentorum agriculturae etc. Alia colligit cruda producta, alia probas Manufactorum, et fabricatorum cujusvis Departamenti, cum adnotationibus de quantitate productionis, et exportationis, aliisque adjunctis. — Rex Hollandiae 20. Aprilis reliquit Ultrajectum, et cum suis iter Amstelodamum ingressus est, cujus adventus ibidem futurus est triumphus, ad quem jam diu praeparantur omnia; Amstelodamum itaque futura est metropolis Regni Hollandiae, locusque habitationis Regis. De Turcia incerta quidem sunt omnia, interim videtur tamen res in via reconciliationis consistui, cum induciae, quarum tempus jam defluxit, prolongatae, sint.

#### *Diarium Politicum.*

Ephemerides gallicae conclamabant: *Miraculum*, quod Sutor quidam Parisiis Tragoediam scripserit; et nunc aliud *Miraculum*; quidam Hortulanus scripsit Comoediam. Bone Deus, quid tandem ex Parnasso fiet? — En amicum meum consiliur. Moderni Poetae Theatrales fiant Sutores et Hortulani, cum Sutores et Hortulani Poetae theatrales fiant. Ego paciscor centum ad unum, quod nullus Poetarum theatralium, e. g. *Kotzebue* bonus Sutor aut Hortulanus futurus sit.

Quam parum valeat sistema occlusionis Portuum hostilium, quod Angli defixerunt, argumento est recentissimum exemplum classis Rupefortensis, et alterius classulae, quae ad Insulam Aquae Sextiae in anchoris steterat, quae, dum eis placuit, excurrerunt, et percurso mari mediterraneo, diversisque navibus anglicis in cursu occupatis, atque Insulis Jonicis milite aliisque requisitis probe instructis, iterum ad stationes suas redierunt, quin alicubi navibus anglicis, quae ad eam in sequendam turmatim excurrerunt, alicubi occurrissent. — Sed longe efficacior est occlusio contraria, quam Gallia adoptavit; Galli nempe ocludunt Anglis Portus Continentis, ut nec quidquam invehere, nec evehere possint, quo facto Anglia relate ad Continentem est instar praesidii oclusi, et sibi soli relictis; talis oclusa arx in continente nunquam diu stare potest, expectandum ergo, quamdiu Anglia sustinebit.

debe

subl

Cerv

culp

cont

Qui

rit.

fend

Don

Hoc

quo

ined.

peri

habu

tua

negl

colo

filiis

esse

mar